

# Ist Notker Balbulus der Verfasser des Sermo Galli?

Autor(en): **Willwoll, Wilhelm Emil**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **35 (1941)**

PDF erstellt am: **10.08.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-125712>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

# Ist Notker Balbulus der Verfasser des Sermo Galli ?

Von Dr. WILHELM EMIL WILLWOLL.

---

Über dem literarischen Nachlaß des St. Galler Mönches *Notker des Stammlers*, eines der größten Geister der frühen St. Galler Kirchengeschichte, hat ein merkwürdiger Unstern gewaltet. Seine bedeutendsten Werke konnten dem wahren Verfasser erst nach langen und mühsamen Studien wieder zurückgegeben werden, an ihrer Spitze die unsterblichen *Gesta Caroli*. Über manche seiner Briefe und Sequenzen sind die Meinungen heute noch geteilt, aber es stellt sich doch wohl immer klarer heraus, daß allzuschärfe Hyperkritik vieles dem großen Notker absprechen wollte, was ihm ohne Zweifel zugehört.

In die Reihe der Forschungen, die seit *Zeppelin* und *Zeumer*<sup>1</sup> das literarische Werk Notkers untersuchten und die Echtheit mancher seiner Werke nachwiesen, stellt sich nun auch die hier vorgelegte Untersuchung. Sie will den Nachweis führen, daß wir noch ein kostbares Werk aus der Feder des Notker besitzen, nämlich den in verschiedenen Druckwerken aus einer inzwischen verlorenen St. Galler Handschrift abgedruckten sogenannten «*Sermo Galli Confessoris dictus Constantiae in templo Sancti Stephani in consecratione Joannis Episcopi Constantiensis*»<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> *K. Zeumer*, Der Mönch von St. Gallen : Historische Aufsätze zum Andenken an Georg Waitz, Hannover 1886, S. 95 ff.

*E. v. Zeppelin*, Wer ist der Monachus Sangallensis ? : Schriften des Vereins für Geschichte des Bodensees 19 (1890), S. 33 ff.

*J. Schwalm* und *P. v. Winterfeld*, Zu Notker dem Stammler : Neues Archiv 27 (1902), S. 740 ff.

*B. Simson*, Identität des Fortsetzers des Breviarium Erchanberti und des Monachus Sangallensis : Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins NF 2 (1887), S. 59 ff.

*J. Werner*, Notkers Sequenzen, Aarau 1901.

*Cl. Blume*, Analecta hymnica medii aevi 53, Leipzig 1911, S. v-xiv.

*M. Manitius*, Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters I, München 1911, S. 354/367.

<sup>2</sup> Migne, PL 87, 13/26. Die früheren Ausgaben des Sermo vgl. in Anm. 1/4 des ersten Teils.

Im folgenden bezeichnen wir den Sermo Galli stets mit SG. — In unserer

*J. Strecker* hat die Vermutung ausgesprochen und skeptisch abgelehnt, Notker der Stammler könne als Verfasser des SG ins Auge gefaßt werden<sup>1</sup>, nachdem schon lange zuvor *F. G. Rettberg* einen, wenn auch ganz kurzen Nachweis zu erbringen suchte<sup>2</sup>, daß als Verfasser des SG jedenfalls nur ein nachkarolingischer Theologe in Betracht komme. Seitdem ist zur Frage nach dem Verfasser des SG nichts mehr geschrieben worden.

Die vorliegende Arbeit möchte nun den Beweis führen, daß kein anderer als Notker der Stammler der Verfasser des SG ist. Die Begründung dafür muß, da jegliche handschriftliche Überlieferung des SG uns heute fehlt, rein aus inneren Gründen geführt werden.

Im ersten Teil der Untersuchung geben wir deshalb zunächst eine neue Rezension des Textes nach den wichtigsten Druckausgaben, samt einer kurzen Analyse des Inhalts, und zeigen daran anschließend, aus welchen Gründen unsere Untersuchung mit Recht gerade Notker als den Verfasser vermutete.

Im zweiten Teil wird sich sodann aus Aufbau und Inhalt beweisen lassen, daß der Verfasser des SG ein in der Literatur der Kirchenväter und der karolingischen Theologen wohl belesener Mann gewesen sein muß. Daraus läßt sich indes nicht nur im allgemeinen die Zeit der Abfassung aufzeigen — und nebenbei selbstverständlich auch die an sich schon höchst unwahrscheinliche Ansicht vollkommen ausschließen, es sei vielleicht der SG ein echter Sermo des irischen Mönches Gallus — es läßt sich aus dieser Analyse der Quellen des SG auch dartun, daß im reichen Kranz der Geister und der Interessen um Gallus und St. Gallen kaum ein anderer als Verfasser des SG in

Untersuchung müssen wir öfters auf zwei Werke zurückgreifen, die deshalb ebenfalls mit einer gleich hier zu bezeichnenden Abkürzung zitiert werden: *C. P. Caspari*, Martin von Bracaras Schrift *De correctione rusticorum*, Kristiania 1883 (= MB). *Gall Jecker*, Die Heimat des heiligen Pirmin, Münster 1927. Das Werk enthält eine kritische Edition des Scarapsus von Pirmin (= PS).

<sup>1</sup> MGH Poet. lat. IV, 3 S. 1103, Anm. 1. Strecker wurde zu dieser Vermutung durch die Angaben geführt, welche Canisius in seiner Ausgabe des SG (vgl. unten, Teil I, Anm. 1) machte, die sich wiederum auf die Mitteilungen des Jodok Metzler stützen, der die Handschrift des SG noch gesehen hat. Auch der unbekannte Schreiber, dem wir eine deutsche Übersetzung des SG samt einer Einleitung verdanken (vgl. unten Teil I, Anm. 3), scheint der Meinung gewesen zu sein, daß Notker die Predigt, die er seiner *Vita metrica* einfügte, möglicherweise selbst verfaßt hat. Jedenfalls haben sich alle diese Vermutungen nicht durchgesetzt, sodaß wir berechtigt sind, die Hypothese von neuem aufzunehmen und sie — zum ersten Mal — auf ihre Berechtigung hin zu untersuchen.

<sup>2</sup> *Observationes ad vitam S. Galli spectantes*, Marburg 1842, S. 31.

Betracht kommen kann als Notker, der glänzend belesene Verfasser der ersten frühmittelalterlichen Patrologie.

Im dritten Teil endlich wird sich der Beweis schließen, indem wir eine eingehende Vergleichung von Stil und Inhalt des SG mit den anerkannt echten Werken des Notker anstellen. Hier wird es sich, soweit nur immer derartige Stilvergleiche es erlauben, zur unausweichlichen Gewißheit erheben, daß nur Notker der Stammler als Verfasser des SG in Frage kommt.

Damit haben wir dem großen Geistesmann der Schweizer Frühzeit ein zwar kleines, aber theologisch und stilistisch höchst reizvolles Werk wieder zurückgegeben, ein Ergebnis, das die mühevollen Untersuchung vollauf lohnt.

An dieser Stelle sei ein besonderer Dank ausgesprochen an Herrn Universitätsprofessor Dr. Hugo Rahner, auf dessen Anregung und unter dessen Förderung vorliegende Arbeit entstand, und an den St. Galler Stiftsbibliothekar Herrn Dr. J. Müller, der mir die notwendigen Bücher zur Verfügung stellte und dem ich für wiederholte briefliche Auskunft verpflichtet bin.

### **Text, Einteilung und Verfasserfrage des Sermo Galli.**

1. Wir geben im folgenden zunächst eine neue Rezension des Textes des SG. Das gebietet sich nicht nur aus praktischen Gründen, weil es so für den Leser der folgenden Untersuchung leichter ist, dem Gedankengang zu folgen und die jeweiligen Behauptungen am Text selbst unmittelbar nachzuprüfen. Es ist diese neue Rezension auch geboten, weil die Texte der einzelnen Ausgaben oft nicht unwesentlich von einander abweichen und weil besonders der bei Migne gebotene Text von sinnstörenden Druckfehlern entstellt ist. Die erste Ausgabe des Textes, die sich auf eine in St. Gallen selbst gefertigte Abschrift aus der inzwischen verlorenen Handschrift der dortigen Stiftsbibliothek stützt, ist 1604 von *H. Canisius* veranstaltet worden<sup>1</sup>. Alle weiteren Angaben beruhen auf dieser Edition der *Lectiones antiquae*, so die in der *Lyoner Maxima Bibliotheca veterum Patrum*<sup>2</sup>, in der Neuaus-

<sup>1</sup> *Heinrich Canisius* S. J., *Antiquae lectiones seu antiqua monumenta ad historiam mediae aetatis illustrandam*, Band V., Ingoldstadt 1604, S. 893 ff. = *Ca.*

<sup>2</sup> *Maxima Bibliotheca veterum Patrum et antiquorum Scriptorum ecclesiasticorum*, Band XI, Lyon 1677, S. 1046 ff. = *Ma.*

gabe der *Lectiones antiquae* von *Jakob Basnage*<sup>1</sup>, bei *Gallandi*<sup>2</sup>, und als Abdruck aus Gallandi bei *Migne*, PL 87, 13/26. — *Fabricius* nennt auch noch eine Separatausgabe des SG, die, mit Randnotizen des Caspar Barthius, in Frankfurt 1623 erschien<sup>3</sup>. Diese Ausgabe ist zwar im Katalog der Frankfurter Stadtbibliothek vermerkt, aber zur Zeit nicht auffindbar, so daß sie für diese Untersuchung ausscheiden mußte. Es scheint aber sicher zu sein, daß auch diese Ausgabe von Canisius abhängig ist.

### **Sermo Sancti Galli abbatis et confessoris, habitus constantiae.**

I. Sempiternus et inaestimabilis Deus, cum coaeterna sibi sapientia, hoc est, Filio sempiterno, et charitate sibi et filio suo consempiterna, id est, Spiritu sancto, absque ulla inchoationis vel temporis mutabilitate, vel locorum vel ministeriorum indigentia, semper in semetipso beata et immortalis maiestate subsistens. Nequaquam tamen sine congruo sibi servitorum obsequio<sup>4</sup> solitarius mansisse putandus est, cum manifestissime dicat Apostolus: *Elegit nos in Christo ante constitutionem mundi* (Eph. 1, 4), praedestinatione scilicet aeterna, non creatione temporaria, sed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed qui semper omnia futura in sua bonitate, et maxime sanctorum Angelorum, et hominum societatem, praesentialiter contuendo quasi facta disponit, aliquando etiam praescitam et praedestinatum immobili consilio creaturam, ad se laudandum, et ex se et in se et per se beate vivendum omnipotentissimo dignatus est opificio creare de nihilo, et super coelestia quidem beatis spiritibus habitaculum fecit: terram vero futuris hominibus praeparavit. Quorum creationis causam nosse nos convenit, fratres Christianissimi, ne viles vos et abiectos arbitantes, pecudum conversatione dignitatem vestram nullificetis.

II. Deus summe bonus, benevolentia plenus, invidiae carens, malitiae nescius, spiritus Angelicos exemplo sui rationabiles creare disposuit, ut ipsum Dominum, suae cognoscentes originis autorem dilectionis eius pinguedine referti<sup>5</sup>, in ipso delectarentur esse beati. Sed cum de illis aliqui, nondum de eius dulcedine degustata, seipsos sibi esse principium et caput,

<sup>1</sup> Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum edidit Jacobus Basnage, Band I, Antwerpen 1725, S. 781 ff = *Ba*.

<sup>2</sup> Andreas Gallandi, Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum, Band XII, Venedig, 1765/88, S. 753/758 = *Ga*.

<sup>3</sup> J. A. Fabricius, Bibliotheca mediae et infimae aetatis, Band V, S. 415, vgl. Migne, PL 87, 9 AB. — Eine deutsche Übersetzung des SG aus dem 16. Jahrhundert ist erhalten im Cod. 221 des Stiftsarchives St. Gallen (fol. 4r/23v). Vgl. MGH Poet. lat. IV, 3, S. 1104.

<sup>4</sup> *Ba* setzt hier ohne ersichtlichen Grund « servitorum obsequio », während *Ca* und nach ihm *Ma* und *Ga* « servitorum obsequio » lesen.

<sup>5</sup> PL korrigiert alle früheren Drucke ohne Grund « referti » zu « refecti ».

vitamque et suavitatem, cursu temerario et stultissimo persuadere sibi praesumerent: intus inanes et vacui, superbiaeque pondere praegravati, de tranquillissimo coelorum habitaculo, in huius aeris tempestuosam turbulentiam, usque in diem generalis et sempiterni iudicii, repentino sunt casu detrusi. Sed immutabilis benignissimi Creatoris voluntas praefinitum beatissimi coetus numerum supplere disponens, humanum genus in eorum locum substituit. Quos homines ratione praeditos, praeceptis instructos, minis coercitos, proprio dereliquit arbitrio, ut imitatione Dei prava et iniqua contemnerent, ac recta et aequa retinere curarent. Impius autem *homicida* (Jo. 8, 44) Satanus qui nec sibimetipsi pepercit, tantum a Deo terrigenis honorem collatum perdolens, casum, quo ipse superbus periit, incautis et fallaciae nesciis invidus persuasit, ut videlicet non creatorem sempiternum pro Deo venerari: sed creaturam temporalem, hoc est, seipsos sibi pro diis habere delectatione mortifera consentirent. Quod maximum et immanissimum peccatum tanta flagitia et facinora, vel etiam crimina sunt subsecuta, ut iustitia divina mundum, quem omnimodo decoravit ornatu, cum humano genere, quod eidem regendo praefecit, aquis diluvii delere decreverit: et faceret, nisi multam malitiam nostram, eius immensa bonitas superaret.

III. Ergo nec tanta scelera inulta dereliquit, nec tamen creaturam bene conditam penitus consumpsit. Ex omnibus hominibus, uno delecto iusto, per cuius providentiam, imo suam admonitionem, talis quaedam archa construeretur, in qua ipse cum domo sua et reliqua creatura ad resuscitandum semen competente, in supremis licet periculis se quasi defuncti mundi superstitem remanere miraretur. Cumque post totius anni pene circulum praesago nomine Noe nūcupatum, quasi consolatorem tantae, licet iustissimae vindictae, de claustris illius ergastulo creator miseratus eduxisset, et ipsum cum prole sua, et seminarium cunctae creaturae nova benedictione ditavit. Iamque nascentibus filiis Adam, revixit et superbia dudum in radice damnata, adeo ut lutei mortales luteo et bitumine turrim construere molirentur, de cuius cacumine sidereum et immortale habitaculum, Deo possessore invito possent invadere. Cuius tam invicti (ut stolidis videbatur) machinamenti conspirationem tam facile omnipotentissima sapientia dissipavit, ut linguis omnium confusione diversissima, vel similitudine dissimillima disparatis, nullus consanguinei vel fratris sui linguam intelligere posset: et idcirco universi per regiones et loca varia disiecti, ut terris et loquela divisi, ita et religione, vel potius furore dispersi, et alii quidem coelestem naturam hominum ministeriis, Deo autore provisam, divino cultu et servitute venerati sunt. Alii vero mortuis hominibus simulacra facientes, malignos spiritus assidentes eis<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Ca sagt ganz mit Recht « assidentes », während alle anderen Drucke, auch PL, « affidentes » schreiben. Aber das gibt keinen rechten Sinn, während « assidentes » ein trefflicher Ausdruck ist für eine Anschauung, die aus den Kirchenvätern reichlich zu belegen wäre — für die Ansicht nämlich, daß die Dämonen sich hinter Götzenbildern verbergen, sich also gleichsam auf sie « nieder-

quasi tutores et fautores animae vel corporis vivorum, licet iuste mortalium dementes colere coeperunt. Sed adhuc indefessa pietas immortalis et verae Deitatis creaturam benigne conditam non usquequaque sua misericordia privatam dispulit, sed de medio idololatriae deditarum gentium Abraham patrem futurorum fidelium, ad se verum et vivum Deum cognoscendum de coelo vocavit.

IV. Qui incomparabili plenus oboedientia divino parens imperio, exiit *de terra et cognatione sua* (Gen. 12,1), *nesciens* adhuc *quo ire* deberet (Hebr. 11, 8), dummodo Dei iussionem expleret. Qua de re huiuscemodi desuper accepit oraculum, quod et *terram peregrinationis* suae (Gen. 28, 4) in possessionem esset accepturus: et quod *in semine* ipsius *benedicerentur omnes gentes* (Gen. 22, 18). Quod in nobis ipsis per Christum, ex eius semine, secundum carnem, procreatum per Virginem, completum esse gaudemus. Huius igitur fidei in praepotio comprobatae quasi quoddam signaculum eidem patri Abraham *circumcisionis* imposuit *signum* (Rom. 4, 11). Quo tam diu gentem de eius femore propagatam oportuit insigniri, donec ille veniret, qui omnes in se credentes ab omni peccato, et circumcisionis iniuria sua passione redimeret. Cum autem populus de illo non modicus exortus, caussa famis de terra Canaan, quam incolebant, *terram* ingrederentur *Aegypti* (Gen. 43, 5), quo Deus unum de pronepotibus eius, caussa multorum salutis, direxit, per cuius providentiam mundus pene totus, alimentorum penuria periclitatus aliquatenus conservaretur, et iuxta ritum gentis illius milleformia coepissent monstra venerari, *durissimis* etiam *operibus* premerentur (Ex. 1, 14) ab Aegyptiis, recordatus Deus fidei probatisque Patrum, direxit ad eos servum suum Moysen, qui per multa signa et plagas intolerabiles, domitis Aegyptiis, Dei populum ad terram, Patriarchae Abraham dudum promissam, coelesti ducatu directus introduceret. Cumque de terra illa progressi inter oram rubri maris, et vastissimam solitudinem fessi consedissent, Rex Aegyptiorum damno servitutis amissae stimulatus, congregato exercitu, iunctisque curribus (Exod. 14, 6), eos ita quasi pisces in gurgustio conclusit. Quibus ad Deum verum levantibus vocem, aquae maris huc atque illuc divisae, iter siccum viantibus praebuerunt. Quod cernentes cultores simiarum et caniformis Anubis, Neptunum iam supervacue placandum sibi putabant, sic undis in partes divisis. Omnes igitur sequentes vestigia commeantium, extremo suorum baratrum ingressi, novissimoque plebis Dei ad naturale littus transgressi, ita sunt montibus aquarum involuti, ut nullus remaneret, qui factum domi residentibus referre potuisset.

V. Cum autem expensae, quas de Aegypto secum tulerant, Hebraeis defecissent (quod nomen populo Dei idcirco impositum est quia *transierat de gente in gentem, et de regno ad populum alterum* (Ps. 104, 13), dedit eis

gelassen » haben als die « paredroi » der Götzenbilder. Vgl. dazu F. J. Dölger, Der Exorzismus im altchristlichen Taufritual, Paderborn 1909, S. 19 ff. — Antike und Christentum 3 (1932), S. 158 ff., S. 196 f.

Deus *panem* vel *carnes de coelo* (Exod. 16, 4/8), *aquam* vero vel *amaram* dulcoravit (Exod. 15, 23/25), vel non habitam de petra produxit, et sic eos per desertum *quadraginta annos* (2 Esdr. 9, 21) ad terram promissionis circumduxit, donec desuescerent idololatriam, de qua erant educti, et quam ubicunque venirent, erant inventuri, a qua sicut et de caeteris malis, de coelis illos cavere monuit, et ad se cognoscendum, vel alia bona et iusta sectanda, diligenter instructos, tandem in terram, pollicitationis suae memor, miseratus introduxit. Et ut pridem rubrum mare, ita modo Iordanem fluvium navigabilem siccis pedibus transmeare praecepit et fecit. Dumque adhuc, qui haec mirabilia viderunt, superstites in carne vixerunt, notitia et cultus verae Deitatis et divinae veritatis incontaminata perseveravit. Illis vero ad patres suos repositis, filii de carne ipsorum propagati, non fidei bonum imitati, sed circumpositarum gentium simulacra colendo, sunt in praecipitium idololatriae devoluti. Pro quo scelere dati sunt in manus inimicorum suorum, circumcirca vel longe positorum. Et cum aliquando pressi iustissime, per preces ad Deum patrum suorum fuissent reversi, suscitavit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis et salvator contra hostes, et ad concordiam invicem retinendam iudex idoneus existeret. Cumque multo tempore influctuarent, id est, ut cum aliquando illis prosperitas arrideret, ad venerationes idolorum defluerent: quum vero tempestas persecutionum immineret, ad Deum verum, ad tutissimum portum, omni adnisi redire conarentur.

VI. Tandem dedit illis Regem nomine David, qui et a finitimarum gentium incursionibus defenderet, et timorem Dei, cuius ipse plenissimus erat, et iuxta nomen suum, manu fortis, continuis retineret habenis. Post cuius mortem, cum propter peccatum filiorum eius, non amplius de duodecim tribubus filiorum Israel (quod nomen patri eorum, et ipsis idcirco impositum est, quia visione sua Deus eundem dignaretur) quam duae tantum, Benjamin scilicet et Iuda, a qua et Iudaei sunt appellati, posteris David cum paucis Sacerdotibus et Levitis adhaerent (quo nomine omnes divino ministerio mancipandi a patre suo Levi sunt nuncupati)<sup>1</sup>. Reliquae vero decem, vel potius undecim tribus per Regem una subversorem suum Hieroboam nuncupatum, et pessimam ipsius progeniem ad immunditiam idololatriae foeditatis<sup>2</sup> a gloria sua, Deo scilicet sempiterno, immanissima dementia recesserunt. Qui et tradidit eos in manus inimicorum suorum, quibus subiecti, idola sunt etiam qui nollent adorare compulsi. Sed et fidelissimi David propagatio ad infidelitatis malum non post multum temporis aberravit, adeo ut et ipsi Reges et Sacerdotes, neglecto unius veri Dei cultu, Saturnos, Iunones, turpissimumque Priapum in ipsa Hierusalem, quam civitatem cum templo in sanctificationem sibi delegit, acti furore, venerarentur. Propter quod competenti satis talione impie derelictus ab eis, iuste dereliquit eos Deus, in potestatem paganorum, ut

<sup>1</sup> PL schließt den Satz irrtümlich schon mit « mancipandi », hat also ein ganzes Stück ausgelassen: « a patre suo Levi sunt nuncupati ».

<sup>2</sup> PL schlägt vor « idololatricae foeditatis ».



impleretur, quod eis antea comminabatur: *Sicut servistis Diis alienis in terra vestra, sic servietis diis alienis in terra non vestra* (Jerem. 5, 19), *qui non dabunt vobis requiem* (Jerem. 16, 13).

VII. Sed et tunc non oblitus fidei Abraham, et David, aliquos ex iis, pro reliquiis, in terra sua retinuit, templumque suum in Hierusalem ad tempus aliquantulum conservavit, donec peccatis eorum crebrescentibus, etiam ipsum cum civibus et civitate mereretur incendi. Sed neque tunc eos usquequaque divina deseruit clementia, quin imo de favillis et ruinis urbis eversae quosdam reservavit, quibus aptissime propheticum illud conveniret: *Facti estis quasi torris de incendio raptus, et nec sic redistis ad me, dicit Dominus* (Amos 4, 11). Quod quidem in eis, quos in terra sua residere fecit, completum cognovimus, ut peccata peccatis addentes, et se mutua caede vastantes ultima necessitate, ut sibi videbatur, compulsi, *in Aegyptum* (4 Reg. 25, 26) quasi reservandi, contra vetitum divini oraculi, vere trucidandi confugissent. Qui vere a Rege qui superbiam eorum Dei voluntate domuerat in captivitatem longinquam fuissent abducti, ibi ad Deum Patrum suorum ex toto corde conversi, ita tribulationis igne decocti sunt, ut nec igne materiali ab ipsius possent amore divelli (Dan. 3, 24).

VIII. Tandem ergo *misericors et miserator Dominus* (Ps. 110, 4) tam graves eorum labores miseratus, Regum adeo animos, qui eosdem in captivitate tenuerunt, ad indulgentiam et relaxationem voluntariam illorum permutavit, ut de publicis redditibus et aerariis plurima impendi praecipere, in adminiculum ad terram suam revertendi, et templum Dei in ea demum restaurandi. Sed heu! Proh dolor! Cum legem Dei vel caeremonias, in quantum a finitimis, imo <sup>1</sup> commixtitiis hostibus impediri non poterant, sedulo curassent observare, quod nullus unquam vel excogitare potuisset, repentino casu Rex nefandissimus Graecorum, utputa, praevius et praeco malignissimi <sup>2</sup> Antichristi, eos ita oppressit, ut non nisi manu coelestis Imperatoris se ullo modo ulterius crederent allevari. Qui et tanto miraculo ab immanissimorum, diversissimorum atque innumerabilium adversariorum eos impetu liberavit, ut paucissimi de Iudaeis, plurimis eorum interfectis, reliquis, qui manere poterant, non parum incuterent ubicunque terroris. At cum illi, qui talibus flagellis eruditi, Dominum patrum suorum metuere nossent diversis casibus absumpti, morte sua mundum reliquissent orbatum et propter peccata in seculo remanentium <sup>3</sup>, primum viles personae de successoribus eorum populo Dei praeficerentur: postea vero et ipsi alienigenis miscerentur, vel potius servitutis eius iugo subiicerentur, necessarium erat, ut ipsa divina sapientia, per quam cuncta sunt facta, reficiendo generi humano per seipsam consulere dignaretur.

<sup>1</sup> Ga und PL setzen, im Gegensatz zu Ca, Ma, Ba « a commixtitiis hostibus ».

<sup>2</sup> Ga und PL « malissimi ».

<sup>3</sup> Ca und Ma schreiben: « remanentium. Primum viles personae . . . ». Ga schreibt « remanentium : primum . . . ». Ba und PL : « remanentium, primum . . . » Letzteres ist grammatikalisch allein richtig.

IX. Sed quia in sua incomprehensibili maiestate, natura illa divina ab infirmis et mortalibus comprehendere non poterat, mira pietatis dispensatione procuravit, ut nostrae infirmitati mortali, manente tamen incommutabilitatis suae potentia conformata, de incorruptae Virginis utero nasceretur, et consueto nobis more usque ad iuveniles annos *aetate* et incrementis, *gratia* vero et *sapientia* singulari (Lc. 2, 52) perveniret. Nec tamen, cum carne sua Deitas illius esset obumbrata, per totum potuit humanis mentibus abscondi, his duntaxat, qui eum cognitum suscipere voluissent. Quando et in hora nativitatis illius *Angelus Domini* cum magna *claritate* (Lc. 2, 9) pastoribus gentis ipsius apparuit, et ortum eius omnibus gentibus profuturum nuntiavit, in quae verba eidem *Angelo multitudo coelestis militiae* (Lc. 2, 13) occinuit. Sed et ipsa hora in remotioribus Orientis partibus sapientissimis et astrorum gnaris hominibus nova stella inopinato apparens, eos ad ortum novi Regis attraxit. Nec non et quadragesimo nativitatis eius die, cum eum ad templum Dei, pro solenni eius gentis consuetudine, Mater Virgo praesentandum deferret, ibidem a sanctis hominibus mundi Salvator est agnitus, et ab eis caeteris fidelibus nuntiatus.

X. Duodecimo quoque aetatis anno cum in eodem templo parentibus remaneret ignaris, videlicet aestimantibus *inter cognatos et notos* (Lc. 2, 44) eum secessisse de urbe, sed eo *non invento* (Lc. 2, 45), regrederentur ad templum, et ibi eum *post triduum in medio Doctorum* (Lc. 2, 46) sapientissime se agentem reperissent, interrogante Matre, cur eam dolentem reliquisset, respondit : *In his, quae Patris mei sunt, oportet me esse* (Lc. 2, 49) : utique insinuans templum non minus ad se, quam ad Deum Patrem pertinere. Trigesimo vero, ex quo inter homines conversari coepit anno, ad baptismum servuli sui properavit, ut ex eo scilicet sequacibus suis exemplum tribueret, ne quis ab inferiori persona baptizari contemneret, quando ipsum Dominum et Deum suum famuli sui manibus baptizatum meminisset. Sed quia non aliqua sui necessitate, sed humilitatis propagandae gratia voluisset in aqua lavari : ecce Deus Pater cum voce *de coelo* delata (Lc. 3, 22), contestatus est, dicens : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est* (Mt. 3, 17), *ipsum audite* (Mt. 17, 5). *Et Spiritus sanctus*, cuius iam et opere conceptus est, ad declarandam sanctitatis eius innocentiam, in *columbae* super eum *specie descendit* (Lc. 3, 22).

XI. Ita ergo Christus homo glorificatus et confortatus ad praelium cum diabolo conferendum, *quadraginta* dierum (Mt. 4, 2) ieiunium exacturus, abiit *in desertum* (Mt. 4, 1). Quibus expletis, callidissimus adversarius, ex aliquibus, ut creditur, humani corporis gestibus aut habitu, illum esurire persentiscens, et idcirco hominem eum tantum esse reputans, sed propter vitam innocenter actam super homines formidans, hac arte illum aggreditur, ut siquidem esuriam suam pane de lapide facto, ut ipse suadebat, consolari potuisset, divina in eo potentia deprehensa, ab eius iniuriis et insectationibus quievisset. Si in tanta necessitate nec se ipsum recreare quivisset, puro tamen homine comprobato, non minus eum sibi, quam caeteros mortalium obnoxium consideraret. Sed admirabilis magister

pietatis ita versutias eius elusit, ut, nec in panes lapidibus permutatis, divinitatis in eo deprehenderet insignia, nec impossibilitate confessa, ad nostra animaretur infirma. Dicens quod vita rationalis animae non tantum in materiali consistat alimento, *sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei* (Mt. 4, 4).

XII. In hoc ergo conflictu certior factus, quam ante fuerat, diabolus per ostentationem inanis gloriae, qua plurimum delectari mortalium mentes agnoverat, divinitatem Christi se explorare posse putabat. Assumpto eo et super fastigia celsissimi *templi* posito (Mt. 4, 5), suasoque, ut inde *si filius Dei esset* (Mt. 4, 6), se praecipitem daret, et non laederetur. Ad quem bellator invictus huiusmodi temperavit eloquium, ut nec filium Dei se negaret, nec diaboli suasionibus consentiendum esse doceret, dicens : quia sanae mentis non esset, ut quisquam *Dominum et Deum suum tentare* praesumeret (Mt. 4, 7). Igitur et in hoc elisus certamine inimicus, per avaritiam qua mundum se peremisse gaudebat, et Christum sibi subiugare non diffidens, *ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum* (Mt. 4, 8), eo pacto, ut si pro his accipiendis ipsum prostratus adoraret, talibus ab eo donatus abiret (Mt. 4, 9). Quam immanissimam blasphemiam magister humilitatis exhorrescens, turbida indignatione monstrum nefandissimum a se repulit, dicens : religiosi cordis esse, *Dominum Deum adorare, et illi soli servire* (Mt. 4, 10). Cuius vi fulminis attonitus adversarius, et ab eo *recessit usque ad tempus* (Lc. 4, 13). Victoriosissimum vero Regis nostri triumphum admirantes *Angeli*, debitis eum venerati sunt obsequiis (Mt. 4, 11).

XIII. His ergo ita peractis, Christus Dominus ad homines regressus (Lc. 4, 14), secundum Scripturam, *operatus est salutem in medio terrae* (Ps. 73, 12) : Coecis visum restituens, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis emundationem, mancis opificia, daemoniacis mentem, paralyticis vigorem, claudis gressum, et mille sine nominibus morbis omnimodam impertiens medelam. Quin et sequentium quatuor millia de *septem panibus*, et *paucissimis piscibus* (Mt. 15, 34) *saturavit* (Mt. 15, 37). Aliquando vero de *quinque panibus et duobus piscibus* (Mt. 14, 19) ita *quinque millia virorum*, excepta mulierum et parvulorum immensa numerositate, replevit (Mt. 14, 21), ut de fragmentis reliquiarum, quae de his pauculis rebus inter manus et dentes convivantium succreverant, *duodecim corbes* (Mt. 14, 20) ad testimonium tanti miraculi farcirentur. Mare quoque siccis pedibus ambulavit (Mt. 14, 26), et foetentes mortuos de sepulchro suscitavit (Jo. 11, 39. 44), et ad convivium vocatus (Jo. 2, 2), aquas in vina mutavit (Jo. 2, 9). Et super haec omnia, Pater de coelo, quondam discipulis audientibus (Mt. 17, 6), interdum vero turbis infinitis astantibus pariter et auscultantibus, eum filium suum commendavit, et se illum iam *clarificasse, et adhuc clarificaturum* promisit<sup>1</sup> (Jo. 12, 28).

XIV. De doctrina vero eius quis aliquid digne commemoret ? cum et discipulis suis talia mandata proponeret, quae vix aut nequaquam humana possibilitas, nisi vi valida Dei adiuta vel attracta posset exequi,

<sup>1</sup> Ca und Ma : « promississe ». Ba, Ga und PL « promisit ».

et omni sexui vel conditioni tam levia, et ita salubria ipsa monita intimare curaret, ut nullus omnino, nisi multum ignarus, et per omnia divina gratia vel protectione indignus, a regno Dei debeat excludi. Denique ipsis Apostolis et eorum sequacibus ita bonum virginitatis arripiendum persuasit, ut hoc scirent non humanae industriae, sed muneris esse divini. Abrenuntiationem quoque omnium facultatum et affectionum sic eisdem aggrediendam intimavit, ut se cognoscerent et in hoc seculo multa, quam reliquerant, accepturos, et in futuro vitam aeternam possessuros, et in die magni iudicii cum ipso iudices esse venturos. Caeteros autem fideles docuit, ut humilitate, *mansuetudine*, pace, misericordia, *iustitia* vel *patientia* (1 Tim. 6, 11) Deo suo<sup>1</sup>, et sibi regnum Dei, persecutiones etiam improborum, si ita necessitas incumberet, sustinendo acquirere non lassarentur. In commune autem cunctis praeceptum dedit, ne fratribus irati *convitiis maledicta* (Eccli. 29, 9) in eos iacularentur, vel his occasionibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et ne quis uxorem proximi sui impuro contueretur oculo, et idcirco maculari posset adulterio, et ne temere iurare praesumeret, ne fore periuraret, nec quisquam obstinate adversario suo resisteret, et inde non solum animae, sed et corporis periculum incurreret.

XV. Porro autem perfectioris vitae cupidus, et regni<sup>2</sup> coelorum avidus, ita nuditatem et contemptum terrenorum indixit, ut tamen nequaquam haec sibi defutura confiderent, cum caeteros christianos his abundantes ita ad illorum accenderet obsequium, ut quicumque illorum haec suis pauperibus ministraret, ipsi Christo et Deo Patri se impendere non dubitaret. Fictos autem Dei cultores, et de generis nobilitate gloriantes, *hypocritas* (Mt. 23, 29) et *genimina viperarum* (Mt. 23, 33) nuncupavit. Ipsos quoque sacerdotes, qui pietatem nomine praetendebant, et maliciam in corde contegebant, *coecitatis* notavit (Mc. 3, 5) et *coecorum duces* redarguit (Mt. 15, 14), et multum convenienti comparatione *sepulchris dealbatis* assimilés devicit, qui *a foris* quidem *apparent hominibus* pulchra, *intus vero plena sunt omni spurcitia* (Mt. 23, 27). Nec non et Pharisaeos qui sibi *iusti* videbantur, et *aspernantes caeteros* (Lc. 18, 9), poenitentiam peccatorum recipere noluerunt, ita confutavit, ut seipsum diceret ideo venisse, *non ut iustos, sed peccatores* et perditos inquireret, et salvos faceret (Mt. 9, 13). Et se esse verum Dei filium, non solum attestatione signorum, et incomparabili sapientia manifestavit, sed etiam prophetis literis ac invictissimis allegationibus approbavit, sed increduli Iudaei quotiens in Sanctis suis Deum contemnere non timuerunt, nec ab unico filio eius maliciae suae machinamenta continuerunt, iniuriis eum lacescentes et maledictis: insuper et *lapidibus* eum insectantes (Jo. 8, 59). Cum ergo incorrigibiles eos pervideret, cum discipulis suis secedens ab eis seorsum, ruinam miserorum iam iamque incumbere, sed et mundi totius finem non longe post futurum renunciavit: et se pro salute generis humani cito crucis patibulum subiturum, et *die tertia* se resurrecturum esse prophetavit (Lc. 18, 33).

<sup>1</sup> So von uns korrigiert: alle Ausgaben haben sinnlos « Deos suos ».

<sup>2</sup> Ca, Ma, Ba: « regni coelorum avidus ». Ga PL: « regnum coelorum aviditis ».

XVI. Interea gens impia unum de discipulis iam dudum avaritiae morbo corruptum, promissa *pecunia* (Mc. 14, 11), ad proditionem Magistri et Domini sui protrahere curaverat : dum ille diabolo plenus, et iam ultro inimicis eum tradere paratus esset. Captata igitur *opportunitate* quando *sine turbis* (Lc. 22, 6) quae illum frequentissime sequi solebant, ita ab adversariis capi, *ligari*, trahique potuisset (Jo. 18, 12), ut evadendi vel defendendi facultas ei, sicut illis videbatur, non esset. Post orationem quam valde *prolixam* (Lc. 22, 43) pro salute nostra Deo Patri profudit, obviam persecutoribus suis *processit*, et quem quaerent, interrogavit (Jo. 18, 4). Qui cum se *Iesum* (quod nomen eius erat proprium) <sup>1</sup> quaerere dixissent (Jo. 18, 5), et ille se esse responderet, iterum atque iterum *retro-acti abierunt, et ceciderunt in terram* (Jo. 18, 6). Sed qui ad hoc venerat, ut passione sua nos ab aeterna damnatione liberaret, tandem aliquando, maiestatis suae potentia ad tempus abscondita, in potestatem furentium se sponte permisit, ut indebita morte sua nos ab omnibus debitis peccatis absolveret. Captum ergo et ligatum impii ministri ad tribunal Pilati *praesidis* perduxerunt (Mt. 27, 2), quod *gentem* illorum *subverteret, et tributa Caesari dare prohiberet, et Christum regem se esse* diceret (Lc. 23, 2), et idcirco iudex ipse, *si amicus Caesaris* esse voluisset (Jo. 19, 12), talem vivere in sui condemnationem capitis permittere non deberet. Tum ille, necessitate compulsus, dedit illum militibus suis ad illudendum. Qui irrisoria veste, veluti qui regium sibi nomen usurpare praesumeret, induentes <sup>2</sup> : et *corona spinea* pro diademate coronatum (Mc. 15, 17), quin et *arundine* pro sceptro imperiali *dexteram* completum (Mt. 27, 29), sputis in faciem illius proiectis (Mt. 26, 67) et *colaphis* alapisque creberrimis, ferulisque caedentibus eum iniuriantes, et *regis* nomine salutantes (Mt. 27, 29) : insuper et singulorum nomina prodere *velatum* postulantem (Lc. 22, 64), quasi vile mancipium (ut interim Dei filium taceam) maximum Prophetam, et tantorum effectorem signorum, sapientissimumque virum turpissime tractare studuerunt, et ita illusum (Mt. 27, 31), imo castigatum, et ut apertius quidem dicam, mortificatum praefecto suo iterato illum praesentaverunt.

